



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 235. Epistola Pontificis ad Archiepiscopum Toletanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1424.

tionis suæ, cujus mandatum sibi deesse dixerat, sed tandem acquievit ut Archiepiscopus, & Hispaniæ Primas; ideo autem prius hanc Synodi dissolutionem approbare cunctatus erat, eo quod studio quæsitâ, & ad eludendam reformationem excogitata sibi videretur.

§. CCXXXV.

Epistola Pontificis ad Archiepiscopum Toletanum.

Labbe Conc. no. 12. p. 377. **M**artinus ergo, ut Archiepiscopi animum permulceret, sequentia ad eum perscripsit: *Voluissimus, ut agi potuisset de reformatione Ecclesiæ Universalis in Senensi Concilio, sed postquam tanta rerum perturbatio secuta est, ut vidisti, in animo nobis est, hanc reformationis materiam non relinquere, sed ad prosecutionem debitam intendere in curia nostra. In quo sancto opere te optaremus esse præsentem, sed cum tibi, prosequitur Papa, necessarium sit tuam Ecclesiam visitare, & ad ipsius regimen prudentiæ tuæ commissum curas tuas, cogitationesque dirigere, contenti erimus, ut satisfacias muneri, ad quod specialiter es vocatus a Domino, hortantes nihilominus ipsam fraternitatem tuam, ut in quibuscunque locis tua vox, tuaque valebit auctoritas, laborare*

borare non tædeat pro honore, & Romane Sæcul. XV.
 Ecclesiæ dignitate, sicut in devotione tua ple- A. C. 1424.
 ne confidimus, & speramus. Præter To-
 letanum Archiepiscopum alii quoque
 Prælati aperte querebantur, a Pontifice
 reformationem Ecclesiæ impediri; quo-
 circa Legati necessarium duxerunt, Præ-
 latis declarare, quod neutiquam per hanc
 translationem Senense Concilium dissol-
 veretur, sed Concilii Præsides unacum
 Nationum Deputatis sinceram Ecclesiæ
 emendationem omni sollicitudine pro-
 movere intenderent.

§. CCXXXVI.

*Decretum de Synodi dissolutione pro-
 mulgatum.*

Idem quoque declararunt Nationum *Ibid. p. 378.*
 Præsides, & demum die 26. ejusdem
 mensis Februarii dissolutæ Senensis Sy-
 nodi decretum promulgatur, atque ad
 valvas Ecclesiæ Cathedralis dictæ urbis
 affigitur. Pontifex has dissolutionis caus-
 as produxit, scilicet, tempore novem
 propemodum mensium paucissimos Præ-
 sules Senas venisse, plures legitime im-
 peditos, alios rursus inde digressos; hos
 vero, qui præsentibus essent, in diversa
 abire consilia, ita ut nec publica haberi